6

ens vuluā Ibi non oportet ita grosse
exprimere:sed pro vulua exprimere
vas vel porta partus mulieris: Et sic
de consimilibus
Concludendo materias predictas fra
tres carissimi ad vitā eternā promerē
dam non sufficit verbū dei:nisi quis:
qꝫ studeat illud etiā mente adimplere
ut effugere valeat tam horribile peri
culū in quo saluator noster iubet ser:
num inutilem proici ligatis manibus
et pedibus ad tenebras exteriores:qꝛ
seruus sciens voluntatē dn̄i sui et nō
faciens vapulabit plagis multis: Cū
enim dn̄s deus per apostolos sanctos
et alios doctores et ꝓphetas indidit
nobis sacrā scripturā per quā docet
nos suam voluntatē et viam debitam
qua pergi possumus ad regnū celorū
Quia dn̄s noster ihesus christus in euā
gelio nos tanq̄ȝ pedagogus informat
ut ad vitam eternā perueniamus.ꝓ
pterea studeamus illa adiplere ī ope
re que nobis facienda et imitanda es
se monstrantur
Fine clauditur ars siue modus predi
candi a sancto thoma de aquino com
posita:necnon aliorū sacrorū docto
rum scripturis perlustrata:et si quis
diligenter se inspexerit procul dubio
in arte ista magnus erit
Restat modo formare arborē que
fit in hunc modū cū sua declaratōne
et intellectu

Predicatio assimilatur
arbori reali. Sicut enī
arbor realis ꝓcedit de
radice per truncum:et
truncus in principales
ramos pullulat et rami principales in
alios multiplicantur Sic et predicatō
primo ex themate tanq̄ȝ ex radice in
truncum id est prelocutōne vel ꝓ the
ma ꝓcedit :ac deinde ex ꝓlocutione
siue ꝓthemate in principalē diuisio
nem thematis tanq̄ȝ in ramos princi
pales Et rami pūcipales thematis de
bent vlterius per secundarias diuisio
nes multiplicari : id est in subdiuisio
nes vel subdistinctiones et vltimo di
latari ꝓut patet exemplum in arbo
re sequēti Cuius thema diuiditur in
tres partes:et quelibet partiū subdi
uidit in tria mēbra et quodlibet mem
brum pōt dilatari per aliquos istorū
nouē modos supra scriptos existētes
in arbore:vt patebit infra melius
Deinde nota qꝫ triplex est modus
predicandi Primus modus ē assum
pto themate et dicto dimisso ꝓcedere
debet predicator ad executionem ser
monis sui. Primo tm̄ euangeliū expo
nendo: Et est modus antiquus sicut
manifeste ondunt omelie beati grego
rii:et aliorꝝ sanctorꝝ doctorꝝ: Et post
expositione euāgelii trāsire debet ad
diuisionē et subdiuisionē thematis et
ad materiā principalē sermonis:et sic
sermo positus est in effectu: Et post
hec fieri debet inuocatō sancti spūs qꝫ
talia sine adiutorio exprimere nō va
leat: Et qꝫ imploret beatā virginē sa
lutantes cū Aue maria:siue per aliam
inuocationē: Et modus iste ē laicalis
siue popularis et pulcher:qꝛ in decre
tis precipitur euangeliū illucidare sim
plicibus diebus dominicis Secūdus
modus ē: Themate et dicto dimisso
predicator transeat ad executionē ser
monis sui et ad diuisionem siue distin
ctionē: themate tn̄ non diuiso:verbi
grā: Si pro defunctis acciperet hoc
thema O mors q̄ȝ amara est memoria
tua: Absq̄ȝ horum verborum diuisio
ne subiungat predicator: Sciendum
amatoribus mundi amara est memo
ria mortis propter tria Primo pro
pter mundum quem desinunt

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-139/0011
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG